


Outils d'apprentissage de la langue latine, Renaissance et Age classique

1 – Grammaires latines du XVIe siècle :

Buchanan / Linacre, *Rudimenta Grammatices*, édition 1542.



« La pointe d'un couteau » :

Omne nomen appellatiuum potest construi cum genitiuo dictionis sequentis, quae quidem habeat ante se genitiui notam ; vt « La pointe d'un couteau », « Mucro cultelli ».

¶ *Visum fuit mihi bonum, quòd ego
facerem tibi scire hoc. Il ma semble
bõ de nous aduertir de cela. Iay este
daduis de nous faire scauoir cecy. I*
Putau ea de re te esse admonendum.
Eius rei te admonendum existimaui.
Existimaui faciendum esse, vt de hoc
te admonêrem.
Visum est mihi de re illa te admo-
nêre.
Visum est vt de hac re te cõmonêrẽ.
Visum est vt de hac re te facerẽ cer-
tiõrem.
Placuit mihi de hoc te commonefã-
cere.
Id existimaui faciendum esse. vel,
Existimaui me oportere id facere.
*Il ma semble bon de ce faire. Omnia ex
Cicerone.*

COLLOQVII XLIIII ARGVMENTVM.

*Montanus & Eusebius conferunt annos suos. Laudatur docti
pædagogi diligentia : item boni patris prudentia in liberorū
instituendorum cura. Agnoscitur in ea re Dei beneficium.*

EXEMPLVM exercitationis in lingua Latina à teneris
annis. MONTANVS. EVSEBIVS.

QVOT annos habes? E. Tredecim, vt à matre
accepi. tu verò? M. Equidem non tot habeo.
E. Quot igitur? M. Decest vnus. E. Sunt ergo duo-
decim. M. In promptu est ratio. E. Sed frater tuus
quorum agit annum? M. Quintum. E. Quid ais-
iam Latine loquitur. M. Quid miraris? semper ha-
bemus domi pædagogum & doctum & diligen-
tem: semper nos Latine loqui docet: nihil Gallicū
effert, nisi aliquid declarandi causa: quinetiam Pa-
trem non audemus nisi Latine alloqui. E. Nun-
quam igitur Gallicè loquimini? M. Solūm cū ma-
tre, idque certa quadam hora, quum illa nos ad se
vocari iubet. E. Quid agitis cum familia? M. Cum
familia rarus est nobis sermo, & quidem tātūm in
tranſitu: & tamen famuli ipsi nos Latine alloquū-
tur. E. Quid ancillæ? M. Si quando vsus postulat vt
eas alloquamur, vtimur sermone vernaculo, vt so-
lemus cum ipsa matre. E. O vos felices, qui tam
diligēter docemini! M. Est Deo gratia, cuius dono
patrem habemus qui curet nos tam accuratè eru-
diendos. E. Certè eius rei laus & honor vnico cæ-
lesti Patri debetur. M. Sed quid agimus iam audio
recitari catalogos. E. Ergo festinemus.

3 – Dictionnaires et classement des termes :

Dictionarium Latino Gallicum, Paris, Robert Estienne, 1543 :

